

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 55. Comminæi molimina de Fœdere inter Carolum Regem, & Venetos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.  
A.C. 1495.

§. LV.

*Cominæi molimina de Fædere inter  
Carolum Regem & Venetos.*

*Interim Italæ Principes sub idem tem-*  
*pus, quo Novarrensi obsidioni unice*  
*intenti erant, ad juvenem Montferrati*  
Comm. ut su-  
prap. 138. *Marchionem Oratores decernebant, qui*  
*nomine suorum Principum Marchioni de*  
*Matris suæ Marchionisæ obitu mærorem*  
*dolenter testarentur. Hos a Vene-*  
*torum Republica allegatos, ac præ*  
*ceteris quendam Mantuani Marchionis*  
*mensæ Præfectum Comminæus optime*  
*noverat, hunc ergo sub prætextu obse-*  
*quii invisit, miscuitque cum illo collo-*  
*cium, exponens, præsentem rerum vi-*  
*cissitudinem omnino exposcere, ut con-*  
*cordia cum Galliarum Rege iniretur; si*  
*enim aperto Marte rem dirimi contin-*  
*geret, adventantibus Helvetiis horren-*  
*dam utrinque cædem imminere, potius*  
*ergo opportuno pacis remedio humani*  
*sanguinis effusioni parcendum esse, de-*  
*nique præfatum Ministrum induxit, ut*  
*de concordia cum Venetis ageret, eo*  
*potissimum nomine, quod Dominum su-*  
*um Mantuae Marchionem ad pacis con-*  
*verò ille subjungeret, Marchionem nul-*  
*latenus priorem in componenda pace fu-*  
*turum,*



turum, hinc Comminæus, ut hunc quo-  
que obicem submoveret, ad ambos Rei-  
publicæ Curatores per Caduceatores li-  
teras misit, quibus illi quantocius re-  
spondebant, significantes, se mox de Re-  
gis animo ad concordiam propenso Rem-  
publicam edocturos, ejusque jussa præ-  
stolaturos. Ergo Veneti mandata sua  
expediunt, ablegantque Comitem Alber-  
tinum, Ferrariæ Ducis Cubicularium,  
Virum ad conciliandam pacem minus i-  
doneum, eoque Domini sui partibus  
plurimum studeret, ille vero bellum pro-  
rogari unice optaret, ut ditiones in Pen-  
insula Rhodigiana ad oram Athesis sitas,  
sibique a Venetis eruptas armis recupe-  
raret: Igitur Comes, ut Regem a foedere  
averteret, Trivulcio sese adjunxit, qui  
hostium castra oppugnanda contenderat,  
unde ambo seorsim Regi exponebant,  
foederatos Gallici exercitus adventu,  
gravi timore turbatos esse, proin nec du-  
bium fore, eos ad primos Francorum im-  
petus obsidionem soluturos.

## §. LVI.

*Consultationes de concordiaæ  
pactis.*

Verum Carolus certum hac super re *Comm. l.s.*  
responsum Oratoribus dare differe-*c. 9. tom. 2.*  
bat, donec Senatus sui sententiam *ro-p. 142.*

F 3 gasset;